

86 Resp. hoc quoque argumentum in primis posse in Adversarios retorqueri docentes conceptum unius aliquo pacto fecerit a conceptu entis, ut sic, per modum saltem expliciti, vel impliciti, nam conceptus entis, ut sic, se ipso præcisè est unus, quia ex vi ipsius ens est in se indistinctum, & a quocumque alio distinctum, etiam ab illo, in quo possit formaliter consistere unitatem, & sic argumentum aequè bene deducitur contra Adversarios quocumque modo distinguunt conceptum unius a conceptu entis, ac contra nos, quare dicendum est cum Ant. Andr. præcisè ab ente formalitate illa, in qua consistere dicitur rationem ipsam unius, ens non esse unum formaliter, nec non unum, sed abstrahere ab utroque si tamen non unum accipiatur positivè, vel contrariè, nam si privativè solam acciperetur, vel negativè, utique in tali statu abstractionis dici posset non unum, quatenus in eo statu nondum intelligitur habere illam formalitatem, quia positivè dicitur unum, & ratio huius est, quam assignat Doct. ex Avicen. 2. dist. 3. quæst. 4. in fine, quia in tali statu præcisè consideratur quidditas, inquantum nihil includit, quod non pertineat ad per se rationem quidditatis ejus, & hoc modo equitatis tantum est equitatis, & nec una, nec plures, quantumcumque unitas ejus non sit alia res addita, sed necessario consequatur illam entitatem, sicut, & omne ens secundum quancumque entitatem consequitur propria unitas, non tamen illa unitas est intra rationem formalem quidditatis, ut quidditas est, sed est quasi passio consequens quidditatem, ita Doct. eruditissime loc. cit. Per quod etiam respondetur ad alium diciturum factum a Suarez circa entia particularia, divinitas enim, ut sic, est tantum divinitas, ut sic, enim involvit tantum prædicata quidditativa, non autem quod sit una, vel plures; potest tamen in tali statu dici una fundamentaliter, & radicaliter, quatenus ipsa re quidditas est fundamentum, unde in secundo signo pullulat unitas formalis, & est principium essentialiter existivum ejus, eo pacto quo homo in primo modo dicendi per se dicitur sensibilis tantum fundamentaliter, & radicaliter, quatenus tunc consideratur secundum prædicata existiva sensibilis. Neque est cur Hurtadus citat. hanc responsum infirmiter, quia, & ipse quoque, ut præfatio argumento respondeat §. 5. cogit cur recipere, ubi vult ens concipi in ratione unius per conceptionem ad divisonem, unde inquit, quod ens non conceptum per ordinem ad divisonem neque est formaliter unum, nec plura, sed abstrahit ab utroque sicut animal non conceptum per ordinem ad rugitum, & dicitur non est formaliter rationale, aut irrationale, sed ratione abstrahit ab utroque, & ad probationem, qua probatur Deum ex vi sui conceptus essentialis, & primariè esse unum, ait quia in illo conceptu non explicatur per ordinem ad divisonem in se, idè Deum ex vi talis conceptus esse tantum unum radicaliter unum, non vero formaliter, esse formalissimam divisonem, quam §. 5. infirmiter. In eandem quoque multiplicam incidit Pasqualius nam postquam prolixè probasset divisonem 6. sectione 2. unum non posse ab ente distingui per conceptus obiectivos adequatos, sed tantum inadæquatos, dum sibi obicitur quomodo se habeat ens secundum illud conceptum inadæquatum entis, ut sic, in ordine ad unitatem, respondet semper, quod ens secundum talem conceptum non est unum explicite, sed tantum implicite, quia non concipitur explicite ratio unitatis, sed licet ei dicere ens in tali præcisione statu esse unum implicite, non explicite; cur non licebit nobis dicere, quod est unum fundamentaliter, & radicaliter, non vero formaliter; sanè Recentiores isti factus profertur nostram sententiam, & solum verbis negant.

87 Sed adhuc contra infabris ens in statu suo purè quidditatis esse formaliter, & positivè unum, & non tantum fundamentali-ter, & negativè, ut dicebatur, tum quia quodlibet ens ex vi usque entitatis præcisè sumptè est in se indistinctum formaliter, & a quocumque alio distinctum, cum eadem formaliter fiat principia constitutiva, ac distinctiva, tum quia dicitur est n. 85. quod quando unum dicitur de ente, aut includentibus ens, non nisi positivè accipi potest, ergo si adhuc in tali statu dici potest unum, hoc utique positivè, & non negativè tantum erit intelligendum. Respondetur assumptum esse verum radicaliter tantum, & originativè, quatenus quodlibet ens ex suis principis trahit indistinctionem illam in se, & distinctionem quocumque alio, quam formaliter habet unitatem per attributionem unitatis, ut declaratum est numer. 45. & 74. conceptus vero entis, ut sic, dicit tantum rationem essendi abstrahentem ab eo, quod illa sit una, vel non una; hoc enim spectat ad rationem essendi secundariam, non autem primariam; potest etiam in tali statu abstractionis ens dici unum negativè, quia licet in se, & absolute consideratum sit subiectum idoneum ad recipiendam unius denominationem, & prædicationem; tamen in tali statu consideratum habetur velut subiectum ineptum, quia in eo statu non respicit, nisi prædicata merè quidditativa, & primi modi; sic homo in primo modo dicendi per se censetur subiectum ineptum sensibilis, quia passio non est nata illi convenire, nisi in secundo modo, in hoc igitur sensu conceptus entis, ut sic intelligitur in se indivisus, & ab omni alia ratione divilus negativè, non autem positivè, quia hoc habetur tantum a modo positivè per unitatem importato, in secundo signo, non autem in illo omnino primo in quo præcisè consideratur ejus quidditas.

88 Scitò obicitur unum non addere supra ens rationem aliam quam positivam ex parte obiecti præcisam a ratione entis, & sic

arguit Ovid. cit. ratio illa præcisè, in qua formaliter constituitur unitas, esset formalissimè ens secundum conceptum obiectivum præcisè, quem diceret, ergo non esset ratio superaddita entis, sed ratio formalissima entis. Probatur assumptum, nam illa ratio habet prædicata sua essentialia propria ipsius, ex vi quorum constitueretur, ergo ratione illi haberet essentialiam condictionem ad essentialitatem rationis, ergo ratione illi haberet aptitudinem ad essentialitatem in qua constituitur ratio entis, ergo ratione sui, & non ratione entis formaliter distincti esset ens, & sic obiectivè non præcinderet ab ente. Confirmat id Pasqual. citat. quia unitas secundum suum præcisum, & formalissimum conceptum participat formam passionis entis, est enim quid intelligibile, & verum, cum ab intellectu intelligatur, & est quid bonum, quia bonitas semper annexa est cum veritate ergo estiam formaliter participat rationem entis. Deinde etiam ex parte entis probat Ovid. quod obiectivè non præcinderet ab uno, hoc quod est esse hominem v. grat. est quid positivum, ut omnes admittunt, sed positivè, per quem constituitur homo, quantumvis re, & ratione præcinderent omnes alii positivi conceptus, permanebit homo, qui sit verus homo, & qui non sit equus, nec leo, ergo permanebit homo idem secum, & non idem cum alio, quod est formaliter esse unum. Confirmat hoc ipsum Arriag. disp. 1. Met. numer. 54. ratione, ut ipse ait à priori; hoc non esse illud, seu ab eo distinguuntur non est conceptus compositus, ut esse album, vel calidum, sed simplex, sicut esse calorem, albedinem; ergo nequit subiectum aliquod reddi distinctum à quocumque alio, quod non est ipsum, per formam à se aliquo pacto distinctam scilicet realiter, vel saltem formaliter, & obiectivè, quantumvis illi unitam, sed præcisè per suam entitatem, & proprium conceptum quidditativum, ergo unum quodque ens a seipso formaliter habet, quod sit unum, non vero per aliquam rationem à seipso ex natura rei, aut etiam obiectivè distinctam.

89 Respondetur hæc, & similia argumenta novam non ingerere difficultatem, quæ ante non sit soluta, sed solum ostendere eisdem difficultatibus premi distinguentes obiectivè dumtaxat ens, & unum, perinde, ac si illa nobiscum distinguerent ex natura rei formaliter, vel virtualiter, vel sine distinctio ponatur per conceptus obiectivos adequatos, sive inadæquatos, quod gratis concedendum est; ut conflatur ex dictis n. 80. Adhuc tamen verum est, quod innuimus n. 82. etiam præcinderent tantum penes conceptus formales inter ens, & unum non omnino hæc difficultates evadere, quod eorum declaratione ostenditur, nam Arriag. numer. 54. declarans quo pacto ens, & unum præcinderet ex parte modi concipiendi præcisè, id probat quia ens, ut ens solum concipitur per ordinem ad propriam existentiam, unum vero per negationem multiplicatis, postquam autem optime illud ens commensuratur in ordine ad possibilitatem, non comparando illud cum alia extremis, nec cogitando de distinctione ab illis, quod formalissimè est illud præcinderet ex parte modi concipiendi à ratione unius; eodem ferè modo rem declarat Ovid. numer. 45. nam eadem formalitas obiectiva (inquit) hæc ratione apprehensa essentia dicitur, & illa ratione apprehensa passio, seu essentia attribuitur appellata, non enim ex alio capite dicimus unitatem esse passionem entis, nisi quia ipsissimam rationem obiectivam prius conceptus sub ratione, & conceptu formalis entis, & posterius sub conceptu formalis unius, ita Ovid. ibidem. Sed lanè ex hac ipsa declaratione convincitur ens, & unum nempe ex parte modi concipiendi, sed etiam formalitatis conceptus distingui, & ab invicem præcinderet, ut ostendi n. 82. & nunc rursus demonstrat eum enim modo concipio hominem in ordine ad propriam existentiam, vel possibilitatem, & postea in ordine ad multiplicatam, certè ista distinctio, non tantum redit ad partem conceptu unum formalium, & modi cognoscendi, sed etiam ex ratione ipsius conceptus, nam alia ratio, & formalitas est existentis, & possibilitatis rei, alia negationis multiplicatis ejus; quod si negatur hæc duo in intellectu obiectivè existentia constituitur duas diversitas formalitates obiectivas; præterquam quod hoc gratis omnino negari videtur, potest ita probari, quia potest homo sub una formalitate attingi, & non sub alia, imò ex natura rei petit prius sub una formalitate cognosci, quam sub alia, ergo vere sunt due formalitates eadem inter se ab invicem formaliter, sed etiam obiectivè præcisè; assumptum ab ipsis Adversariis conceditur; Probatur consequentia, quia diversitas formalitatum obiectivam ex hoc præcipuè spectatur, quod una attingi potest sine alia, & una petit intelligi prius alia, & independentè ab illa. Et certè si ista differentie inferunt tantum diversitatem in modo concipiendi, & non penes formalitates conceptas, nunquam inter aliqua duo obiecta probari poterit intercedere diversitatem penes conceptus obiectivos, nam temper diceretur argumentum ex illis differentis deducitur inferre eumtaxat distinctionem penes modum cognoscendi præcisè, & non penes conceptus obiectivos, quod est omnino irrationabile, Sed disputatio sequens, ac etiam disputatio 8. ostendit gradus rerum sive prædicamentales, sive prædicamentales obiectivè ab invicem præcineret, & non tantum penes formales conceptus.

90 Argumenta vero illa, quia coincidunt cum iam solutis, nova non indigent solutione, sed ad uberius doctrinam libet ad singula respondere. Ad 1. negatur assumptum, ad probationem concessio antecedente cum prima consequentia, negantur alia; imò quia habet talia prædicata Unitas in suo conceptu, & sic

QUESTIO V.

An Unitas bene explicetur per negationem, & qualis sit ista negatio.

92 Quamvis unitas aliquid positivum importet rationi entis, ut sic, superadditum, attamen per negationem divisonis, vel multitudinis consuevit explicari, & ita de facto explicatur ab Arist. 10. Met. tex. 9. illis verbis, quod enim, aut divisum, aut divisibile est; multitudo quaedam dicitur, quod vero indivisibile, aut divisum, unum, & rursus lib. 5. Met. tex. 11. sic loquitur Universaliter namque quocumque non habent divisonem, quatenus non habent, eatenus unum dicitur, ut puta si prout homo non habet divisonem, unus est homo &c. verum circa hanc explicationem variaz occurrunt dubitationes, quæ singule sunt in hac questione resolvendæ.

Prima dubitatio est, ut patet in titulo quæstionis, an unitas bene explicetur per negationem; & ratio dubitandi est, quia cum unitas quid positivum importet, malè, & satis ineptè per negationem videtur exprimi. Quod si dicas explicari per negationem à posteriori, ac veluti per connotationem, non verò à priori, ac veluti per formale significatum. Hoc minime satisfacet, quavis enim hoc fit commune omnibus oppositis positivis, quod cum ex vi proprii esse excludant alterum oppositum, sive positivum, sive negativum habent consequenter annexam negationem illius; tamen falsum est universaliter loquendo, debere explicari per talem negationem non enim calor explicatur per negationem frigus, aut albedo per negationem nigredinis, & sic de aliis, ergo quamvis istas importet in obliquo negationem divisonis, vel multitudinis, non videtur bene explicari per negationem illorum. Hinc Faber, Meurissius, & alii relati numer. 72. & 73. conati sunt rationem unius explicare per terminos positivos potius quam per negationem, quod magis consentaneum videtur naturæ ejus positivæ.

93 Dicendum tamen est consultò unitatem, quamvis positivum importet, per negationem sui oppositi explicari, & ratio est quam assert Alensis 10. Metaph. tex. 9. quæstionum ultim. quia frequenter opposita ita se habent, ut unum sit notius alio, & sensibilius illo, & tunc notioris, & magis occultum explicatur per negationem oppositi notioris, unde incorporum licet magis dicat rem positivam, quam corporeum, quia tamen corporalia sunt nobis magis nota, & obvia, quam incorporalia, idè nominamus ista per nomen positivum, illa autem per negationem, ita igitur in propositione, quamvis indivisibile, & unum dicat secundum rem quid positivum, & divisibile privationem, tamen quia unum est ignotius nobis, quam multitudo, & indivisibile, quam divisibile, idè ipsum nominamus, & explicamus per negationem, & privationem. Et hæc est ratio, quam dedit Aristot. 10. Metaphysic. tex. 9. cur unum per negationem definitur divisonis, & multitudinis, quia licet prioritate naturæ, seu ex natura rei unitas sit prior multitudi, nam multitudo supponit unitates, ex quibus coalescit, nonè contra; tamen quoad nosrè contra se habet, quod multitudo est prior quoad nos, quia sensibilior, & sensibus magis obvia, unde concludit, quare multitudo ratione prior, quam indivisibile propter sensum est, unde loquendo modum de finiendo per ea, quæ notiora sunt, non quidem natura, sed quoad nos, & in ordine ad sensum, optime definitur, & explicatur unitas per negationem divisonis, & multitudinis, ut etiam adnotatur Ant. Andr. 10. Metaph. quæst. 3. Tromb. ibid. quæst. 1. Faber ibidem disp. 3. & alii passim.

Hinc patet ad rationem dubitandi, quia tunc unum oppositum bene definitur per negationem alterius oppositi, quando illud est notius, unde immortalitas per negationem mortalitatis explicatur, quia hæc nobis ante oculos est posita; at oppositum venit in exemplis adductis in argumento, quia frigus non est notius, & sensibilis calore, neque nigredo albedine, & idè unum non definitur per negationem alterius, ac non sic est de unitate, & multitudi, nam nobis notior est divisio, seu multitudo, quam proprietas ratio unitatis, cum vis ipsa per proprium conceptum explicari possit. Dices ex 2. de Anima text. comment. 64. & 133. unitatem non esse minus per se sensibilem, quam sit multitudo, quia non minus sensu percipitur hic esse unum hominem quam triginta, vel centum. Respondet Trombetta loc. citat. quod licet unitas sit per se sensibilis, sicut multitudo, illa tamen non sentitur sine sensibilibus propriis, & si ista duo sint applicata ad sensibilia propria, multitudo est magis sensibilis, quam unitas, quia quicquid sensibilitatis est in uno, est in multitudine cum additione, nam sit A unitas, A non facit multitudinem, nisi A addatur alia unitas, quæ sit B. & ista duo aggregata faciunt aliquid sensibilis, quam A solum; ita Tromb. ibid. ad 2. tam ergo multitudo, quam indivisibile sensibilia sunt, sed quia sensui magis est nota multitudo, quam indivisibile, seu unum, idè definitur unum per multitudinem, tamquam per aliquid magis notum, & prius quoad nostram cognitionem.

non illa, quibus explicatur formalitas entis, idè ex vi sui conceptus proprii non esset formaliter ens, sed potius quædam entis affectio, & modificatio; ita de differentia ultima dicebat Doct. quæstion. 21. de Anim. ad simile argumentum, quia ex vi proprii conceptus habet præcisè, quod facit differre, idè ex vi eius non esset formaliter ens, quia tunc in ratione differentia faceret conceptus, sed habet quod sit ens a ratione entis, quam coardat, & cui identificatur, sic pariter in proposito de passionibus entis; & passiones namque ex vi proprii conceptus non explicant rationem entis primariam, quæ omnino præcinderet ab hoc quod sit una; vel plures &c. & præcisè consistit in ratione essendi, ut sic, sed solum circumstantias quasdam accidentales ejus, & idè ut passiones entis nequeunt obiectivè importare rationem entis, quia tunc importarent rationem primariam essendi, & non secundariam tantum, dicuntur autem passiones, & modi entis, ut sæpe dictum est, ab ente rationis differre, & apta existere non quidem in se, & directè, sed quatenus identificata rei essentia, vel existentia valent, ut de illius universum dictum est disputat. 2. numer. 208. & inde, & idè secundum se, & formaliter considerata obiectivè præcinderet ab ente. Ad Conf. pro hac parte pariter ibi, negatur est assumptum, quia modi entis, passiones ejus, ac ultimè differentie eorum pacto passiones entis participant, sicut ipsum ens, & idè sicut ens non participant, nisi realiter, & identitè, ita & ejus passiones, unde sunt, veræ, bonæ, ac intelligibiles merito realiter identitatis, quam habent cum ente, ratione cuius, & ipse comprehenditur sub adequato obiecto intellectus, quod est ens, ut monet Doct. r. dist. 3. quæstion. 3. §. quantum ad 2. articulum, & quidem argumentum illud valet, concludit etiam contra ejus Auctorem admitterem unum, & ens obiectivè distingui saltem per conceptus inadæquatos, sanè unum, ut sic inadæquatur ab ente distinctum, secundum præcisum conceptum inadæquatum, quem fit importat, intelligibilis est, & talis conceptus inadæquatus est verus, ergo nec inadæquatur ab ente præcinderet potest, quia etiam, ut sic enclaudit, cum ejus passiones includat.

94 Ad aliud argumentum ex parte entis factum satis constat ex dictis numer. 86. nam humanitas, ut sic, est tantum humanitas, nec cogitur tunc esse formaliter unam, vel plures, veram, vel falsam, sed fundamentaliter tantum, & realiter, seu radicaliter, quatenus in rei quidditate radicaliter continentur ille passiones, Aliud argumentum Arriag. quod vocat rationem à priori, esse unum non est concretum accidentale ex ente, & uno factum, sicut esse album in lacte, vel pariete, quia non fit per simplicem unionem inherentem formæ ad subiectum, ut sit concretum albi, sed per veram, ac realem identitatem unitatis cum ente, quod nos gratis concedimus, ut id tamen sufficienter non probatur quodlibet esse unum formaliter per suam entitatem, & conceptum quidditativum, sed bene per aliquid ipsi realiter identitativum.

Postremò è contra arguitur unum, & ens realiter distingui, quia si unam, & eandem dicerent reus, & naturam, negatio committeretur dicendo, quod est unum. Tum 2. quia prædicaretur in quid, & essentialiter de ente, quod est falsum. Tum tertio quia diversis realiter opponitur, ergo & inter se realiter distinguitur, patet assumptum, quia ens non est positivum, unum vero simplicem negationem, ut constat artic. seq. Tum tandem, quia unum est in genere quantitatis, sicut numerus, qui ex unitatibus constituitur, ac ens per omnia prædicamenta vagatur, ergo &c. Respond. ad 1. negando consequ. quia licet ens, & unum sint idem realiter, formaliter, tamen distinguuntur, quod satis est ad tollendam augmentationem, & ne idem bis repetatur, immò interterum distinctio sola ratione, & diversitas modi significandi sufficiens est ad negationem tollendam, ut supra dictum est, & ne nomina sint synonyma. Ad secundum negatur consequentia rursus, non enim sufficienter identitas realis inter aliqua, ut unum de alio prædicetur sufficienter, & in quid, sed ulterius exigitur identitas essentialis, & formalis ad eum finem de conceptu quidditativo alterius; unitas vero licet realiter cum ente identificetur, non tamen est de ejus essentiali conceptu, quia est passio, non prædicatum quidditativum. Ad 3. oppositio illa inferit tantum distinctionem aliquid ex natura rei inter ens, & unum, non autem omnino realem, ut deducitur n. 66. Ad 4. unum quoque dicit quid positivum per formam, ut visum est, & solum de connotato negationem ad ultimum negatur assumptum, duplex enim solet distinctio unitatis quoque quantitativa, quæ notioris, cuius principium est, & poni solet in prædicamento quantitatis, cuius principium est, ut sit unitas, quæ converitur alter transcendens, cuius principium est unitas, quæ converitur cum ente, & sicut hic numerus in nullo est prædicamentum, cum sit transcendens, ita, & unitas, quæ est illius principium.

Dubitatio Secunda.

94 Secunda dubitatio est, an negatio, per quam explicatur unitas, sit negatio solius divisionis, an etiam multitudinis; affirmant nonnulli esse negationem solius divisionis, non autem multitudinis, pro quo placito citatur Fonseca 4. Met. cap. 2. q. 5. sed 5. cuius ratio est, quia forma negata, debet esse prior negatione, et multitudine est posterior unitate, ut dictum est, quia ex unitatibus constat, & sola divisio est prior illa, ergo unitas importat negationem solius divisionis, non autem multitudinis. Confirmatur, quia pluralitas, & multitudine definitur per unitatem dicendo, multitudine est aggregatio unitatum, ergo unitas, & indivisibile definitur nequit, aut explicari per multitudinem, quia aliter daretur circulus in prioritate, & posterioritate essentiali, & hoc etiam expressè docet Scotus 4. Met. tex. 4. & sequitur Meurisse lib. 2. Met. c. 3. q. 1. in fine.

Dicendum tamen est cum communi, negationem, per quam unitas explicatur, esse indifferentem negationem tam divisionis, quam multitudinis; ita expressè docet Arist. l. c. ubi non semel repetit unum opposi multo, velut indivisum divisio, ac etiam 4. Met. tex. 4. & probatur ex dictis supra n. 50. ubi ostendimus multitudinem per formalem negationem consisti, esse per materialis entitatis positivas includat, negatione scilicet unionis, vel unitatis inter illas, in qua negatione formaliter consistit divisio; ergo idem est dicere unitatem esse negationem divisionis, ac multitudinis, & e contra, nam divisio non nisi inter plura, & multa reperitur, nec plura esse possunt, nisi fuerint inter se divisa, eo quia per divisionem formaliter consistit multitudine in esse multitudinis ut loc. cit. probatum est; immo Averroes q. 5. c. 1. d. 4. significat unitatem dicitur magis explicari per negationem multitudinis, quam divisionis, quia est magis directa oppositio inter unum, & multa, sive unum, & plura, quam inter unum, & divisum. Verum quamvis ex vi vocabulorum magis directa oppositio appareat inter unum, & multa, quam inter unum, & divisum, tamen a potentia rei est contra se habet, quia ut notavit D. Thom. q. 9. de potentia art. 7. ad 5. & opusc. 4. c. 2. unum rem vera non opponitur multitudini materialiter sumptæ, ut nimirum est aggregatum ex pluribus unitatibus, sed opponitur illis, quatenus divisa, atque idem opponitur multitudini ratione divisionis; unde concludendum est unitatem per se primò dicere negationem divisionis, & ratione divisionis, & negationem multitudinis; quod plane sequitur ex iam dictis; quia unitas per negationem, quam habet annexam, illud per se primò tollit, cui immediatius opponitur, solet namque negatio sequi naturam sui fundamenti, cui per se convenit; cum igitur unitas ratione positivè, quod importat, cum ipsa divisione opponatur, ut habitus privatione, consequenter negatio, quam habet annexam, erit per se primò negatio divisionis, & secundario negatio multitudinis relatione divisionis, unde cum dictus unitatem esse negationem multitudinis, intelligi debet de multitudine, prout involvit divisionem in seipsa, ita nec unitatem multitudine tanquam aliquid concretum ex pluralitate illa entium, atque divisione.

95 Pro solutione argumentorum in oppositum solent Auctores hic disputare, an pluralitas, & divisibile sit prius uno, & indivisibile, de quo Arist. Interpretatur lib. 10. Met. qui distinguunt inter divisionem, & multitudinem, dicunt multitudinem esse quidem unitatem posteriorem, quia ex ea componitur, ac divisionem esse priorem, ita Socinus. 10. Metaph. qu. 4. & lib. 4. quæst. 23. Javell. 10. Met. q. 6. Falsol. 1. p. q. 1. art. 1. dub. 11. Gillius 1. 2. tr. 2. q. 3. ad qui divisionem, & multitudinem, & pluralitatem in eodem significato accipiunt, distinguunt de prioritate quoad nos, & quoad naturam loquendo de prioritate naturæ; seu ex natura rei dicunt unitatem præcedere tam divisionem, quam multitudinem, quia multitudine supponit unitates, ex quibus materialiter coalescit, & formalizatur in esse multitudinis per ipsam divisionem, cum quia unum est mensura divisibilis, & multitudinis, per quam cognoscitur ex 10. Met. tex. com. 2. & 21. & est principium illius mensura, autem, & principium est prius natura principiato, & mensuratio; loquendo autem de prioritate quoad nos dicunt unitatem esse posteriorem divisione, & multitudinem, quia multitudine sensibilibus est, quam unitas, ut declaratum est num. 93. & docet Arist. 10. Met. tex. 9. ita præsertim docuerunt Ant. And. 10. Metaph. quæst. 3. & Tromb. ibidem qu. 1. quos Recentiores passim sequuntur etiam ex eis, qui volunt unitatem formaliter in negatione consistere, licet parum consequenter, cum enim negatio sit simpliciter, & ex natura sua posterior eo, quod negat non videtur quomodo solum secundum nos, & quoad nostram apprehensionem negatio divisionis, & multitudinis, in qua ponunt unitatem formaliter consistere, sit posteriori divisione, & multitudine, nam secundum se debet esse posterior, atque ex natura sua; unde parum consequenter loquitur Averroes loc. cit. qui cum unitatem statueret formaliter consistere in negatione divisionis, & multitudinis, inquit postea unitatem esse ex natura rei priorem divisione, ac secundum nostram apprehensionem divisionem præcedere unitatem. Sed fane si verum est, quod forma negata est prior ex natura rei ipsa negatione, & negatio posterior, utique divisio præcedet unitatem, quia secundum ipsam formaliter est negatio divisionis, nedum secundum apprehensionem nostram, sed etiam ex natura rei.

96 Sed negant aliqui formam negatam esse ex natura rei sua unctione, vel privatione priorem, interdu enim, imò regulariter subiectum prius habet privationem, quam formam, atque idem Doctor 2. dist. 1. quæst. 2. A & 3. dist. 3. quæst. 1. E. ait privationem præcedere formam in materia ordine naturæ negativo. Cæterum illa propositio, quod forma negata sit sine negatione prior, verissima est, & non nisi a protervo negari potest, quia negatio suo genere habet, quod sit posterior eo, quod negat, negatio liquidem est aliquid negativum, atque idem necessario supponit illi, quod negat, quod adhuc clarius probari potest ex regula prioritatis tradita ab Aristotele in postpredic. c. de priori, quod illa sunt priora, à quibus non valet convertentia secundum subsistenti consequentia, ita autem se habet res in proposito, quod inter formam, & negationem non valet hæc convertentia, valet enim dicere est negatio, ergo est id quod negat, non autem e contra, est forma, ergo est negatio illius. Tum quia ut docet Doctor 2. dist. 37. quolib. 25. §. ex ipso, alique communiter negationes, & privationes distinguuntur, acnt habitus, quibus opponuntur, ergo ex natura rei forma negata est prior negatione, & privatione. Quod vero in subiecto privato de præcedat formam, quatenus illa semper inefficax, nisi agens extrinsecum impeditur, non probat privationem esse priorem formam, facta comparatione adinvicem, sed tantum per comparationem ad tertium, & sic etiam loquitur Scot. loc. cit. præsertim 3. dist. 3. quæst. 1. ubi ait hæc prioritatem privationis ad formam attendi tantum in ordine ad tertium scilicet subiectum, cui prius inefficax, quam illa, si agens extrinsecum non impeditur.

97 Ita ad argumentum conceditur illa maior, quod forma negata est prior negatione, & pariter negationem divisionis, per quam unitas explicatur, esse ipsa divisione posterioriorem, hinc tamen non sequitur etiam unitatem esse divisione posterioriorem, quia unitas non consistit formaliter in ea negatione, sed in formalitate aliqua positiva, quæ est prior divisione, negatio autem divisionis consequitur unitatem, ut fusc in præcedentibus explicatum est. Ad Conf. dicitur cum Trombet. non esse inconveniens idem respectu eisdem in diverso genere notitæ, & prioritatis esse prius, & posterioris, & similiter notitæ, & ignotus, & sic unum definitur per alterum diverso definitionis genere, nam ordine naturæ prius est unum, quam multitudine, & sic unum ingreditur definitionem multitudinis, & talis definitio per prius simpliciter, & notiora quoad naturam, ordine vero quoad nos multitudine est prior uno, & sic multitudine ingreditur definitionem unum, & talis definitio erit per notiora, & priora quoad nos, & sic non committitur circulus, quia definitiones sunt in diversis ordinibus, non in uno, & eodem ut ad circulum requiritur ex dictis in Logica. Neque multitudine curandum est de auctoritate Scoti loc. cit. 4. Metaph. cap. 2. quia licet sit dubium apud aliquos, an expolitio textus sit Doctoris genuina, tamen apud omnes exploratum est annotationes illas ad textum expositionem esse Ant. And. auctoritas autem Scoti citata pro opposita sententia non habetur in ipsa expositione textus, sed in quadam annotatione, quæ adhuc minus estimari debet quia ab in aliis annotationibus solet, ut plurimum, Ant. And. innotere doctrinam Scægæ conformem in lib. 4. sentent. doctrinæ, quam in ea ponit annotatione, est expressè D. Thom. 1. 2. p. quæst. 11. art. 2. ad 4. ubi eadem verbis docet illum ordinem, quem ibi ponit Ant. And. inter ens, & unum, & divisionem, ac multitudinem. Ratio vero, quam adducit ad probandam unitatem esse privationem divisionis, & non multitudinis, quia cum privatio sit posterior habitus sequetur, quod multitudine est prior ipso uno, quod est falsum, cum unum sit principium multitudinis, & ipsa multitudine definitur per unum, si autem multitudine esset prior, quam unum, posset ipso uno definire, & sic esset circulus in definitionibus, hæc inquam ratio ex dictis soluta manet, quamvis enim privatio sit posterior habitu, ac proinde hinc sequatur negationem multitudinis esse ipsa multitudine posterioriorem, non tamen sequitur etiam ipsam unitatem fore multitudinem posterioriorem, quia unitas non consistit formaliter in ea negatione, sed in aliquo positivo, quod est prius multitudine, & est hoc quod etiam multitudine possit ingredi definitionem unitatis non sequitur committi circulum, & non observatur, eadem definiendi methodus, cum se invicem definiunt, sed diversa ut diximus.

98 Inlabis adhuc, quod neque unitas importare negationem multitudinis, quia tunc nec de ipsa multitudine præcederet, nec ipsam constitueret, quorum utrumque falsum est, quia multitudine hominum dicitur una multitudine distincta à multitudine lapidum, & multitudine constat ex pluribus unitatibus; Consequentia probatur, quia negatio prædicari non potest de forma negata, nec potest res constitui ex negatione sui ipsius. Respond. negatio unitatis, in proprio, & rigorose significatō dicit de multitudine, immò in hoc sensu est diametrum opponuntur, ut ait Arist. 4. Met. tex. 4. uni vero opponitur pluralitas, sed analogice tantum, & secundum quid dicitur de illa eo sensu, quod dicimus hunc esse unum acrum lapidum, illum tritici, &c. in quo sensu unitas non negat multitudinem, de qua dicitur, sed negat aliam de qua distinguit illam, de qua dicitur, & negat divisionem illius ipsius multitudinis in plura seipsa idem in alias consimiles multitudines, & quando dicitur unitas negatio multitudinis, plane hoc non est intelligendum de multitudine, & pluralitate, quæ reinitat est ipsa, & aliis unitatibus disti-

99 Tertia Dubitatio est, qualis sit ista negatio divisionis, per quam explicatur unitas, an scilicet sit negatio divisionis entis in seipso, vel a seipso, pro quo supponendum est contra nonnullos non esse eandem negationem divisionis entis a se, vel in se, quamvis in se dicitur non esse ita divisam, ut resolvatur in membra aliqua dividenda, ita ut ipsa non permaneat, sed membra illa dividenda, in quæ fuit divisa, negatio autem divisionis a se est illa, ex vi cuius idem indivisibiliter sumptum à seipso divisum non est, sed idem prorsus cum seipso concipitur; ex quo patet esse diversas omnino negationes, nam prima negatio est alicuius divisionis possibilis, quia possibile est Petrum dividi in animam, & corpus, ac secunda negatio est alicuius divisionis omnino impossibilis, quandoquidem implicat omnino idem dividi à seipso. Hoc præsuppositio fert communis sententia unitatem per negationem divisionis in se explicari debere, pro qua innumeris Auctores referre Paquialig. tom. 2. Met. disp. 7. sed. 1. Non desunt tamen, qui oppositum tueantur, nimirum explicari potius debere per negationem divisionis a se, & non in se, ita Cajet. 1. p. q. 1. art. 2. §. ad hoc dicitur, Nazari. ibid. dub. ult. & contraver. unic. §. sed quantum, pro quo cit. Egidi. Herra. Bassol. Ocham. Gabriel. & Marfil. Alii tandem vultu rationem unitatis adequatè ex utroque constitui, ita nuper defendit Ovioid. contrav. 3. Met. pund. 1. §. 2.

100 Dicendum tamen est cum communi unitatē explicari debere per indivisionem entis in se, non autem a se. Ita omnes loquuntur, & præcipue Arist. loc. sup. cit. ubi unum illud appellat, quod est in se indivisum, ac etiam ita loquitur Scotus 1. d. 1. q. 2. §. contra istam opinionem, & 2. d. 3. q. 2. sed quarevis conclusio sit communis, tamen difficiliter probatur. Suarez, & alii passim cum ipso ita probant, quia non dividi à se sequè convenit nisi per se, ac entis per accidens, seu multitudinis, acervus enim lapidum tam non est divisus à se, quam homo, vel Angelus, tamen quia in se non est indivisus, non est propriè unum ens, ergo negatio divisionis in se est, quæ constituit ens, non negatio divisionis a se, ita etiam arguunt Averroes cit. q. 5. sect. 4. & Falsol. 1. p. q. 1. art. 4. dub. 7. Soleat impugnari hæc ratio, quia etiam indivisus in se convenire potest entis per accidens, & aggregato, nam certus quoque lapidum est indivisus in multo acervos, & centenarios hominum est indivisus in plures centenarios. Hæc tamen instantia evitari potest ex asserita explicatione indivisionis in se, nam indivisio entis unius talis esse debet, ut non solum excludat pluralitatem talium entium, quales est ipsum, sed etiam indivisionem lapidum, quæ se habeant ut partes constitutive ipsius; talem autem indivisionem cumulus lapidum non participat. Melius itaque soluit rationem præfatam Ovioid. dicens eam solum probari indivisionem a se non esse rationem adequatè constitutivam unius, liquidem ipsa sine alia efficiens non est unum constitutivum, non autem probari non esse rationem inadæquatè constitutivam, non enim valet hæc consequentia, posita hæc ratio non refutat unum, ergo hæc negatio non est ratio constitutiva, neque adequata, neque inadæquata unius; ratio enim constitutiva inadæquata cuiusvis concreti potest existere absque eo, quod refuset concretum, imò ita necessario esse debet, quæ est ratio inadæquatè constitutiva.

Ut ergo melius probetur Conclusio, adhibenda est ratio, quæ probet negationem divisionis entis a se nec a seipso, nec inadæquatè conceptum unitatis ingredi, prout a nobis negativè solet explicari, potest autem hoc ita probari, quia unitas entis explicari debet per negationem talis divisionis, quæ ipsam destruat, & cum ipsa sit prorsus incompossibilis, sed talis non est divisio entis a se, ergo &c. Major patet probatur minor, quia unumquodque ens unum talem divisionem habere potest, & talis divisio stare potest cum reali eius unitate, quia est divisio rationis ratiocinantis absque ullo fundamento in re per intellectum formata, ut cum concipitur idem distinguere à se ipso ergo negatio talis divisionis ad constitutivum unitatis pertinere nequit, quia licet conveniat cuilibet enti in se indivisivo, non tamen illi directè convenit, sed per reflexionem intellectus, & divisio quam negat, stare potest cum reali eius unitate. Confirmatur, quia divisio ejusdem à seipso est omnino impossibilis, ergo non bene adhibetur negatio ejus ad explicandam unitatem entis, probatur consequenter quia inquit Arist. 10. Met. 9. unum explicari per negationem sui oppositi scilicet divisionis, & multitudinis, quia hæc sunt nobis notiora, quam ratio ipsa unius, ergo divisio quam negat, debet esse possibilis, non impossibilis, alioquin impossibile sequitur ad rationem positivam unitatis, & per quam ipsa explicari debet, est negatio realis, & quæ ex natura rei ad ipsum ens consequitur, sed negatio divisionis à seipso est negatio rationis, quæ fit per reflexionem intellectus, sicut, & divisio, cuius est negatio, ergo talis negatio non pertinet ad conceptum explicativum unitatis.

Dubitatio Tertia.

101 Ad hanc conf. respondet Ovioid. cit. concessio antecedente negando consequentiam, quia indivisio entis in se in ente simplici est negatio divisionis impossibilis, & nihilominus pertinet ad rationem constitutivam unius. Verum illa consequentia jam est probata, quia unitas explicatur per negationem sui oppositi, tamquam per notius, at impossibile non est cognoscibile, vel non cognoscitur, nisi per possibile, ergo non bene explicatur unitas per negationem divisionis impossibilis. Neque urget instantia, quam assert de indivisione in se in ente simplici, quæ est negatio divisionis impossibilis, quia licet illa divisio sit impossibilis in tali ente, non tamen est absolute impossibilis, quia reduci potest ad actum in ente composito, imò enti simplici licet repugnet talis divisio, quæ tale ens, non tamen quæ ens est, alioquin repugnet etiam enti composito, ad divisio ejusdem à seipso in quocumque ente repugnat, atque idem est absolute impossibilis, undè nec ulla cognitio de ipsa haberi potest, cum in nullo ente possit ad actum reduci, atque idem omnino inepta est, ut ex negatio assumatur pro explicanda unitate; atque eodem pacto hæc solutio impugari debet, si adhiberetur ad solvendum principale argumentum, cum adaptari possit perinde, ac ad confirmationem.

Deinde principaliter adhuc probatur, quia ista negatio divisionis a se supponit jam ens in se unum, & in unitate fundatur; ergo ad constitutivum unitatis pertinere non potest, consequentia patet probatur assumptum, quia relatio identitatis cum seipso fundatur in unitate, ut dictum est n. 72. at talis relatio aliud formaliter non significat, quam negationem divisionis ejusdem à seipso; ergo si talis relatio super unitatem fundatur, talis quoque negatio divisionis a se unitatem consequitur, non autem formaliter consistit. Pars quoque etiam additeretur unitatem explicari etiam posse per negationem divisionis a se, adhuc tamen asserendum esset melius explicari per negationem divisionis in se, quia illa negatio magis congrua est ad explicandam unitatem, quæ est proximo subiecto, & minore intellectu reflexionem requirit, cum per ipsam innotescat propria ratio unitatis, ac si adhibetur præfata negatio, plures requiruntur reflexiones intellectus, ergo &c. Major patet, probatur minor, quia Petrum esse à se indivisum idem negativè sonat, quod Petrum non esse non Petrum, ut explicant Gillius, & Ovioid. sup. cit. ubi, ut constat, plures interveniunt reflexiones intellectus, prius enim debet concipere non Petrum, deinde negationem non Petri attribueret Petro, dicendo Petrus non est non Petrus. Præterea, ut non semel fatetur Ovioid. idem significat Petrum esse à se indivisum, quod non esse aliud à se non habere identitatem cum alio, & esse indivisum ab alio, sed hoc quod est esse divisum ab alio, non explicat formale constitutivum unitatis, sed potius illud consequitur, ut constat dubitatione sequenti, ergo &c. Denique conceptus unitatis ferè apud omnes est formaliter absolutus, at conceptus indivisionis à seipso est quoddam modo respectivus, quia dicit ens non esse aliud à se, non habere identitatem cum alio, quæ sine relatione ad aliud concipi nequeunt; argumentum vero, quod Ovioid. loc. cit. oppositum probare consuevit scilicet divisionem a se pertinere ad conceptum unitatis, dissolvam postea dubit. seq. quia probat pariter divisionem ab alio esse de ratione constitutiva unitatis, quod nos examinandum est. Instabis, quia sicut est de ratione unius, ut in se non sit divisum, ita etiam, ut non sit aliud a se, cum enim hæc contradicant scilicet esse aliud a se, & non esse aliud à se necesse est alterum in ratione unius includi, cum igitur non sit de ratione eius esse aliud à se, utique erit non esse aliud à se, seu esse indivisum à se. Respondet Suarez disp. 4. sect. 1. n. 17. argumentum non probare eam negationem primario, & formaliter intrare rationem unius, sed convenire illi necessario, sive primario, sive consequenter, & hoc posterius verum esse. Adhuc urgeri potest ex via contradictionis, quia esse aliud à se, & non esse aliud à se contradicant, vel ergo ens, ut unum, est aliud a se, vel non aliud a se formaliter, & primario. Itaque dicendum ex dictis numer. 77. inter contradictoria cum aliquo syncategoremate sumpta posse dari medium, & ideo fit aliquid de ratione hominis non est quod sit albus, nec quod non sit albus, est quod sit aliud a se, vel non sit aliud a se, ita nec de ratione unius, ut sic, est quod sit aliud a se, vel non sit aliud a se, sed ab utroque præscindit, & solum consequenter dicitur non aliud a se, imò si argumentum valeret, concluderet eam negationem præcedere ipsam unitatem, & intrare conceptum quidditativum unitatis, nam ens, ut sic, vel est aliud a se, vel non est aliud a se, cum ista contradicant.

Dubitatio quarta.

102 Quarta dubitatio est, an præter negationem divisionis in se, unitas importet etiam secundum quod explicatur à nobis, negationem identitatis cum alio, seu divisionem ab alio; affirmant quamplures eo quia unum definitur solet, quod est in se indivisum, & a quocumque alio divisum, ita Gabriel. 1. d. 24. q. 1. dub. 3. Aureol. ib. q. 1. art. 1. Bassol. q. un. art. 1. & 3. Argentin. q. un. art. 1. Aureol. 8. q. 3. art. 2. Niph. 3. Met. disp. 3. cap. 3. Negant alii dicentes solum negationem divisionis in se sufficere ad exprimentum conceptum unitatis, negationem vero identitatis cum alio consequi indivisionem in se per modum passionis, & connotati, ita fert communis sententia apud Suarez disp. 4. Met. seo. 1. Pasqualig. disp. cit. 7. sect. 2. Averroes q. 5. sect. 4. qui alios innumerat, immo Hurt. disp. 4. Metaph. sect. 3. contendit unitatem, nec includere, nec



Quarto explicat Mairon. 1. d. 24. & 25. qu. 2. quod ratio formalis unius unitatis simplicitatis non tantum consistit in indivisione, sed etiam in indiffinitione, quia ens simplex non habet partes, nec divisas, nec distinctas; at ratio unius unitatis simplicitatis consistit tantum in negatione divisionis, non autem distinctio, quia materia, & forma, quae faciunt unum unitate compositionis, quamvis sint indivisa, non autem sunt indiffinita. Contra hoc militat etiam, quod supradiximus, solum distinctionem partium sufficere ad inducendam multitudinem transcendentalem, quam negat unitas, ergo unitas, ut sic, negare debet nedum plurimum divisionem, sed etiam distinctionem. Thom. quia ubi id diximus disp. 5. Physic. n. 147. unione, & unitatem non esse idem, quia unio est distinctio, licet indivisibile, unitas autem est aliquid in se nedum indivisi, sed etiam indiffinita, & talis etiam est unitas ipsa compositi, ut dicitur tertiam entitatem a partibus distinctam ex eodem Mairon. 1. d. 9. 7. art. 3. ut dicitur n. 14.

111. Quinto explicari solet ab aliis haec indivisio per negationem divisionis alicuius in pura seipia. v.g. Petrus non est divisus in plures partes, sed etiam dicitur unus homo, & sic praesertim explicat Aristot. supra. Sed etiam hic dicitur modus rei, sicut, quia talis indivisio non solum entis convenit per se uno, sed etiam multitudini, & aggregato per accidens, nam acervus lapidum non est divisus in tales plures acervos, qualis est ipse centenarius hominum non est multi centenarius. Ad tuendum praefatum dicendi modum, & evitandum allatam objectionem Smilinch. tract. 3. de Deo uno disp. 1. n. 6. ait sic explicari debere, ut unum sit esse indivisibile, non quomodo compositum, in plura talia, quae ipsum est, quia sic locum habet obiecto de acervo lapidum, sed in plura entia per se, quae ipsum est, ita ut Petrus sit unus, quia nec in se continet plures partes, nec alii ab illo sunt tales Petri, qualis est ipse. Sed haec vel est manifeste petiti principii, vel per hoc nihil prorsus explicatur, nam ens per se idem est, quod per se unum, si ergo Petrus est unum, iam explicatur, quia est indivisibile in plura entia per se una, quae est ipsum, iam committitur petiti principii, & ante haec indivisionem praenominata alia unitas, in qua ens unum differt a multitudine; haec ergo alia unitas principaliter, & primario assignanda est pro passione entis, & explicanda. Deinde contra hunc dicendi modum, quomocumque pacto explicatur, urgeri potest difficultas tacta superius n. 100. quia unitas, quae est passio entis non debet explicari per negationem divisionis, quae sit prorsus implicata oria, & chimerica, nam impossibile non ducit in cognitionem possibilem, & talis negatio non esset realis, seu consequens ex natura rei unitatem entis, sed potius per fictionem nostram, sed divisio eisdem in plura seipia est omnino impossibilis, imo id omnino repugnat naturae divisionis, quia divisum semper magis patet, quam singula membra dividenda, at si idem dividatur, vel dividi intelligatur in plura seipia, singula membra dividenda aequae patebunt, ac totum divisum, ergo non recte explicatur unitas per negationem talis divisionis.

112. Itaque existimo indivisionem entis in se, per quam eius unitatem explicatolemus, esse negationem divisionis in parte, five essentialis, five lubiectivas, quod addo propter unitatem totius universalis, five potentialis, ita praesertim unitatem entis explicat Alensia. Met. cap. 2. text. 4. his verbis; notandum inquit, quod unum est ens non divisum, debemus enim imaginari, quod omne ens, vel esse simplex, vel compositum, si est ens simplex, sic sua unitas est sua simplicitas, & ideo dicitur unum, quia nec est divisibile in potentia, nec divisum in actu, si autem est ens compositum, ideo est unum, quia non est divisum in actu, sic ergo unum semper privat divisionem, & sic bene dictum est, quod unum est non divisum, & per consequens ratio sua consistit in privatione, & negatione divisionis, & per consequens multitudinis; ita Alexander, quibus verbis, ut patet, unitatem entis explicat per negationem divisionis in partes, quae quidem erunt essentialis, si explicatur unitas entis in ratione totius actualis, vel potentialis, & lubiectivae, si explicatur eius unitas in ratione totius potentialis. Confirmatur quia negatio divisionis in se dicit rem non ita esse divisi, at resolvat in membra aliqua dividenda, ita ut ipsa non permaneat, sed membra illa dividenda, in qua sunt divisa, at membra dividenda aliquid totum debent veluti partes totius divisi, ergo indivisio entis in se, & proprie explicari debet per negationem divisionis in partes non autem in plura tota, quae est ipsum, vel in plura seipia. Conf. adhuc, quia talis divisio entis in plura seipia non tam est divisio entis in seipsum, quam sui ipsius multiplicatio ex integro abque ulla sumer divisione, si ergo verum importat unum negationem divisionis in se, haec explicari debet in se idem in partes, quia divisio alicuius totius nequit intelligi fieri, nisi in plures partes, non autem in plura tota. Conf. tertio, quia si homo divideretur in animam, & corpus, tunc verum diceretur non amplius unus, sed in se divisus, non autem diceretur in se divisus, quia esset in plures homines multiplicatus, sed quia in plura entia partialia relictus foret, scilicet in corpus, & animam; sic etiam Petrus dicitur individualiter unus, non quia est indivisibilis, & immultiplicabilis in plures partes, sed quia est indivisibilis in plura individua, quia lub specie continetur.

113. Solum in hoc explicandi modo indivisionem in se difficultatem facere videtur, quod in ente simplici difficulte haec negatio divisionis in se, veluti in partes, percipi potest eo, quia partibus caret; sed plane aequo facile percipi potest talis negatio in ente simplici, ac in ente composito, nam indivisum, ut sic, dicit id, quod

non habet partes divisas, potest autem aliquid dici non habere partes divisas, vel quia illis omnino caret, ut ens simplex, vel quia illas habet unitas, ut ens compositum. Dices, negationem unius divisionis in se non posse concipi, quin concipiatur prius divisio, cuius est negatio, haec autem divisio concipi nequit, quid diceret in ente simplici. Contra, quia aequo difficulte, imo magis percipitur in ente simplici divisio in plura seipia, per cuius negationem eius unitas ab aliis explicari solet, non enim magis Michaeli repugnat dividi in plures partes, quam in plures Michaelis; Deinde ex his quae diximus supra n. 56. optime declarari potest ex analogia ad ens compositum quid diceret divisio in se in ente simplici, sicut enim ibi est unitas entis compositi per unionem suam partium explicabilibus unitatem entis simplicis per combinationem, & identitatem suorum praedicatorum essentialium, ita in proposito figur hominem esse in seipso divisum aliud non est, quam esse in corpus, & animam resolutum, & carere unione suarum partium, sic Angelus esse divinum dicitur carentia identitatis praedicatorum, quae continet, res extremorum, in qua divisus diceretur, ut etiam declarat Ovidius. contro. 3. cit. n. 22. optime ergo tam in ente simplici, quam composito declarari potest indivisionem in se per negationem divisionis, veluti in partes, etiam ens simplex omnino partibus caret.

Contra hunc nostrum explicandi modum indivisionem entis in se argui potest, quia redire videntur praecipue difficultates contra alios dicendi modos obiectae, nam primo in ente simplici talis divisio in partes omnino repugnat, ergo etiam iuxta nostrum dicendi modum explicari unitas per negationem divisionis impossibilis. Tum 2. quia ens compositum licet non habeat partes suas separatas, & divisas, habet tamen realiter distinctas, & realiter distinctio sufficit ex dictis ad constituendum multitudinem transcendentalem. Tum 3. si sola indivisio in partes sufficit ad explicandam unitatem, etiam ens per accidens homo v.g. albus participabit hanc unitatem, quia habet lub partes unitas, & non divisas scilicet hominem, & albedinem. Tum 4. quia iuxta hunc explicandi modum unitas individualis explicatur per indivisionem in plura individua, unitas specifica per indivisionem in plures species, ergo iam incidimus in illum explicandi modum indivisionis in se per negationem divisionis in plura seipia. Tum demum quia hic explicandi modus indivisionem entis per negationem divisionis in plura seipia per modum totius non videtur ullo pacto infelici potest, nam Petrus ergo ipse est unus, quod intelligitur in plures Petros indivisus, ac immultiplicatus, & sic de homine, & animali, ergo &c.

114. Respond. ad primam negando consequentiam, aliud enim est dicere illam divisionem in se per partes entis simpliciter repugnare, & aliud esse divisionem absolute impossibilem, quia licet sit illa divisio in tali ente impossibile, adhuc tamen possibile est in aliis entibus scilicet compositis, quae sunt nobis notiora, & ideo optinentis, immo licet entis simplicis repugnet talis divisio, ea ratione, quia simplex est non tamen ea ratione, quia ens, hic autem loquimur de negatione divisionis in se, quae convenit, ut sic, praedicando a simplici, vel composito. Ad 2. verum est ens unum illud dici, quod nedum in se indivisibile est, sed etiam indiffinitum, & etiam verum est compositum, licet in se continere partes realiter distinctas, adhuc tamen esse in se nedum indivisum, sed etiam indiffinitum, & ratio est, quam adduximus supra in hac difficultate. numer. 23. & tangit Mairon. 1. d. 8. quae 7. artic. 3. quia compositum per se in nostra sententia ultra partes unitas dicitur tertiam entitatem per se unam, quae ut praefecimus ab eis nedum in se est indivisa, sed etiam indiffinita, nam distinctio realis non nisi inter eius partes versatur, ipsa autem in se una est, ac indiffinita. Ad 3. negatur sequela assumpta, quia sicut ens per accidens non est verum totum, ita nec partes habet essentialis, ex quibus constituitur, & in qua dividi possit, ut in partes essentialiter constituentes quod ex Arist. demonstratur in antepred. cap. 2. ubi dicitur videtur accidens in subiecto non habere rationem partem, neque respectu subiecti, cui inhaeret, neque respectu alicuius compositi, quod constituit. Ad 4. negatur pariter sequela, non enim dicitur Petrus esse unum individualiter, quia est indivisibilis in plures partes, sed quia est indivisibilis in plura individua, quae sunt contenta lub specie; nec homo dicitur una species, quia sit indivisibilis in plures homines, sed quia est indivisibilis in plures species, quales sunt; quae continentur lub genere. Ad ult. negatur omnino indivisionem entis in se bene explicari per negationem divisionis in plura seipia, veluti in plura tota talia, quae est ipsum divisum, quia talis re vera non est proprie divisio, cum haec nequeat intelligi fieri, nisi per partes divisi, sed potius multiplicatio eiusdem in plura seipia, quae quidem quia omnino impossibilis est, & implicativa, male adhibetur ad explicandam unitatem entis, quae potius explicari debet per negationem divisionis, nedum possibilem, sed etiam possibilem, & talis est divisio totius in se per partes modo explicata.

115. Sexta, ac ultima dubitatio est, an haec negatio divisionis in se, per quam explicatur unitas entis habeat rationem privationis, vel potius simplicis negationis, quae etiam in re variis sunt modi

modi dicendi. Hurtad. enim disputat. 4. cit. sect. 2. inquit negationem eiusdem in rebus compositis esse privationem, quia sunt capaces divisionis, & resoluti possunt, ac dividi in suas partes, in rebus autem simplicibus habere rationem purae negationis. Fonseca quae 4. Metaph. cap. 2. quae 5. sed. 2. vult etiam aliquo pacto habere rationem privationis in ente simplici, quia licet hoc ens, ut tale non possit dividi, tamen quatenus ens simpliciter, est capax divisionis, sicut Talpa solet tribui caecitas, quia licet quatenus Talpa non sit capax visus, est tamen capax quatenus animal, & secundum rationem generalem, sic etiam explicat Masius cum aliis Thomisticis lib. 2. de Transcend. cap. 10. qui plures assignat modos privationis, ut ostendant quo pacto haec negatio in omnibus entibus rationem habeat privationis. Pasqualig. & contra disputat. 8. sed. 1. contendit in nullo ente etiam composito praefatam negationem divisionis in se esse privationem, aut se habere ad modum privationis, & eius ratio est, quia indivisio entis dicit negationem talis divisionis, quae sicuti uni advenit, destrueret eius unitatem, & per consequens essentiam, ergo nullo modo praefata negatio, in quocumque ente assignetur, potest habere rationem privationis, patet assumptum, probatur consequentia, quia privatio dicit negationem formae in subiecto apto nato ad eam recipiendam, ac nullum ens aptum est, & inclinatum ad suscipiendam divisionem in se, quia tunc suam appeteret destructionem, quae est tali divisione sequitur immediate, ergo talis negatio in nullo ente potest habere rationem privationis. Averla tandem quaest. 5. section. 3. ait privationem uno modo lumi posse per negationem denominante aliquod subiectum, sive capax sit, five incapax formae negatae, ad differentiam purae negationis, quae nullum subiectum afficit; alio modo pro negatione formae in subiecto capaci; primo modo illa negatio habet rationem privationis, quia denominat ipsum ens, tanquam subiectum, in alio autem modo ad huc distinguendum est de rebus in singulari, ac in universalibus; in rebus singularibus est pura negatio, five sint simplices, five compositae, quia singularia non possunt multiplicari, & ens simplex est omnino indivisibile; compositum etiam, si dividatur per separationem suarum partium destruitur, & amplius non est ens compositum, ergo omnes res singulares sunt incapaces divisionis, & sic unitas, quatenus realis, est omnino pura negatio. In rebus autem in universalibus consideratis potest talis negatio dici privatio, quae est in subiecto secundum se capaci divisionis, & multiplicationis, nam universalis est ens unum aptum inesse multis idem aptum dividi in multa, aptum esse multa, & per divisionem non destruitur ipsa natura universalis, eius enim essentia integra salvatur in quolibet singulari.

116. Hanc dubitationem ex insititudo dirimit Aristot. 4. Metaphysic. text. 4. a cuius modo loquendi non discedendum opinor; inquit enim ibi, quod inter multas differentias, quae intercedunt inter puram negationem, & privationem, haec praecipue quoque intervenit, quod pura negatio non determinat sibi subiectum, quod afficit, aut denominat, atque ideo, tam verificari potest de ente, quam de non ente, ut non videtur, non lapis, quae de chimera; sicut de planta verificari possunt, quae de caula pura negatio dici solet, negatio vera generis, quia nullum genus entis sibi determinat, quod afficit. Privatio vero est negatio, quae sibi subiectum determinat, unde cap. de vopitiss in postpraedic. privatio dicitur negatio in subiecto, ut caecum v.g. quod dicitur, nisi de ente, & animali, atque ideo privatio dici solet negatio in genere, quia per eam non negatur aliquid absolute, sed tantum intra metas alicuius generis, & propterea statim ac carentia formae determinat sibi aliquod subiectum, statim definit talis carentia habere rationem negationis purae, & simpliciter dictae, & induit rationem privationis; ex quo inferit Aristot. quod cum negatio, per quam explicatur ratio unius, sit negatio in subiecto, quia dicitur de ente, alias unum dici posset de non ente, consequenter magis declinat ad naturam, & conditionem privationis, quam simplicis negationis, ita significat Aristot. illis verbis ubi sequitur ubi differentia est, praeter illud, quod in negatione, negatio nunquam advenit illi est, in privatione vero, & subiecto quodam natura sit, de qua privatio dicitur, quae verba in sensum alatum exponuntur ab Alensia, & Scot. in eum textum; instantur ergo Aristot. ait negationem importare potest unitatem posse dici privationem, quatenus determinat sibi subiectum, de quo dicitur, & non est pura, & absoluta negatio, ita genus, & eadem modo rem habet explicatur, ceteri omnes Philosophi, & Scholastici, quos sequitur Suar. disputat. 4. Met. sect. 1. numer. 19.

117. Hinc patet hallucinari relatores Auctores, qui privationem in sensu magis rigoroso accipiunt, ut ostendunt negationem importatam per unum vel in nullo ente esse privationem, vel saltem non in omnibus; nam Aristot. expressè manifestavit sensum, in quo legitime dici possit privatio, quatenus est negatio in subiecto praesice, non aliter, nec alio modo; nam si in sensu magis rigoroso accipiatur, nimirum pro negatione in subiecto apto ad suscipiendam formam negatam, certum est in nullo ente posse dici privationem, quia nullum ens aptum est, ac inclinatum ad recipiendam eam divisionem, ex qua sequitur eius destructio, talis autem est divisio, quam unitas negat. Neque ullus modus ab illis Auctoribus excogitatus sufficiens est ad defendendum negationem illam posse dici privationem in hoc sensu, nec in omni-

bus, nec in aliquo ente. Quod enim dicebat Hurtad. in ente composito dici posse privationem, quia est divisionis capax, non sufficienter probat, quia capacitas, & potentia ad aliquid non semper inferit aptitudinem, unde dicebat Doctor quae 18. universi. 8. ad aptitudinem, quod dicitur aptitudo a potentia, nam aptitudo est inclinatio alicuius secundum se in aliquid, vel magis non repugnantis, potentia autem est ordo ad aliquid, & potest esse potentia sine aptitudine, ut possibile est grave esse sursum, non tamen est aptum ibi esse, unde potentia, & capacitas dividi solet in naturalem, violentam, & neutram; non ergo quia res composita sunt divisionis capaces, dicuntur habere aptitudinem ad dividi, sed intantum dicuntur habere potentiam ad divisionem inquantum habent partes, quae sunt ab invicem separabiles non vero quia inclinationem habeant ad separationem, cum potius unione appetant. Et eadem ratione rejicitur, quod Thomista illi dicebant posse illam negationem dici privationem in omnibus entibus etiam simplicibus, quia in ratione entis, & ipsa sunt divisionis capacia; nam etiam hoc admisso, simplex, & pura capacitas, ut dixi, non sufficit ad hoc, ut negatio in subiecto capaci dicatur proprie privatio, sed ultra capacitatem requiritur aptitudo. Nec etiam sufficit, quod dicebat Averla illam negationem esse privationem in natura universalis, quia secundum se est capax divisionis, & multiplicationis, nam divisio rationis communis, quae fit per multiplicationem in inferioribus, non est illa, quae tollitur per negationem, quam dicit unitas formalis talis naturae, per talem enim divisionem non tollitur unitas intrinseca, & propria illius naturae communis, sed adhuc illam retinet, nam unitas specifica stat eum multiplicitate numerali, & unitas generica eum multiplicitate specifica, ut falsus infra suo locodicitur, frustra ergo hoc capite inquit Averla negationem esse privationem importatam in rebus universalibus dicere privationem.

118. Sed neque ex alio capite bene negatur alij Auctores praefatam negationem posse ullo pacto dici privationem, ut fecit Pasqualig. nam in primis dicit potest privatio non solum in entibus compositis, sed etiam simplicibus, in sensu, quem docuit Aristot. loc. citat. ea ratione, quia sibi aliquod determinat subiectum, eo enim ipso, quod negatio, aliquid respicit subiectum, cessat esse pura negatio, & induit modum privationis. Deinde negari nequit, quin in ente composito adhuc non magis redeat naturam privationis, quia licet divisio destruat naturam entis compositi, ideoque non habeat inclinationem, & aptitudinem ad illam; negari tamen nequit, quin sit magis capax divisionis, quam ens simplex, ea ratione, quia hoc caret omnino partibus; illud vero partes habet, quae ab invicem separari possunt, licet inde sequatur destructio compositi, & hinc est quod ens simplex dicitur indivisum, & indivisibile, ens vero compositum, licet dicatur indivisum, non tamen indivisibile. Quae ratio male etiam Averla loc. citat. composita singularia dicit esse indivisibilia, & indivisionis incapacia, ut hinc ostenderet praefatam negationem in rebus omnibus singularibus esse puram negationem, non enim ex hoc, quod nequit in composito exerceri divisio, in partes, nisi cum eius destructio, sequitur illud esse indivisibile, & divisionis incapax, sed solum non habere aptitudinem, vel inclinationem ad illam; aptitudo enim stare debet, & conservari cum eo, ad quod est aptitudo, at hoc non est de capacitate mera necessarium, nam aqua est capax coloris, qui tamen ad eius generis interitum, & destructionem, sic igitur in proposito, quamvis divisio tendat ad interitum compositi, potest tamen ac debet compositum dici capax illius, inquantum habet partes, quae sunt inter se separabiles. Tum quia certum, est quod subiectum non habens aliquem actum, potens tamen illum habere, magis dicitur illo actu privati, quam aliud subiectum eodem aduacitum cum omnimoda impotentia ad illum habendum, at ita se habent ens compositum, & simplex in ordine ad negationem divisionis, quia simplex nec est divisum, nec divisibile, compositum vero licet non sit divisum, tamen est divisibile, ergo negatio divisionis magis habet rationem privationis in ente composito, quam simplicis, quare conclusio haec potius esse de nomine quaestione, quam de re, quia eo negatio dicitur, vel non dicitur privatio iuxta varias privationis acceptiones.

119. Hic tamen rursus advertendum est, quod supra adnotatum est num. 62. quod cum divisio opponatur unitati, ut privatio habitus, nam divisio a parte rei aliquid proprie non est, quam unitas destructio vel negatio; divisio immediate excluditur ab ente non per aliquam negationem divisionis, quae sequatur formalitatem positivam unitatis, sed immediate, & formalitatem per ipsam formalitatem unitatis, & ratio est, quam ibi inimus, & dicitur. 4. Physic. 2. quia in immediate & praesertim private oppositum ut in proposito opponitur unum, & multa non datur negatio negationis vel privationis, sed negatio, & privatio immediate, & formaliter excluditur per positivum oppositum, & universaliter loquendo negatio negationis est a parte rei affirmatio positionis, ut negatio negationis entitatis est ipsa entitas, negatio negationis humanitatis est ipsa humanitas; ita igitur in proposito, cum divisio sit negatio unitatis, non datur negatio divisionis unitatis immediate excludens privationem eiusdem unitatis; ut ult. Pasqualig. cit. disputat. 7. numer. 6. sed ipsa unitas immediate excludit privationem sui, quia privatio universaliter loquendo immediate opponitur formae, non autem suae privationi; ut caecitas immediate

mediate opponitur vili, non autem privationi cecitatis ex dictis loc. citat. in Phyc. unde tota haec quaestio hactenus controversa denaturat, & qualitate negationis, per quam solet unitas explicari, praecipue locum habet in sententia negante unitatem dicere quod positivum, in nostra enim sententia, quae unitatem ponit in aliquo positivo, & divisionem in sola negatione, & privatione unitatis, nulla talis negatio sequitur unitatem, quae immediate excludat divisionem, sed potius divisio immediate excluditur per ipsam positivam formalitatem unitatis. Quia tamen etiam in sententia haec negatione divisionis, positivae, necque unitas explicari, nisi per negationem divisionis, ideo de ipsa nos quoque loquimur, & disputamus, perinde ac si foret aliqua negatio, quae vere ex natura rei ipsam formalitatem positivam unitatis conferretur, sicut calorem in subiecto consequitur negatio frigoris, albedinem nigredinis, &c. ut explicatum est supra num. 62.

120 Quaesit. 2. an conceptus, per quem explicatur unitas transcendentalis, sit absolutus, vel respectivus. Respondet, ex Maior. 2. dist. 24. quaest. 1. conclus. 4. quod si sermo sit de unitate secundum id, quod a parte rei importat; nec esse absolutam, nec respectivam formaliter loquendo, utrumque tamen permissivae, nimirum absolutam esse in ente absoluto, & respectivam in respectivo. & ratio est, quia unitas cum sit adaequata entis passio, debet esse eisdem latitudinis, & praecisionis cum ipso, cum igitur ens in sua communitate ita ab inferioribus suis praecipiatur, ut formaliter nec absolutam sit, nec respectivam, idem pariter de unitate dicendum, alioquin eius passionibus, unde cum quaeritur an conceptus unitatis, veritatis, vel bonitatis importet quid absolutum, vel respectivum, quaestio non procedit de illo, quod a parte rei importat huiusmodi passiones, quia ab utraque ratione praecipiatur formaliter, sicut, & ipsum ens, sed procedit de illo secundum quod explicatur a nobis, & in proposito de unitate dicendum, quod si unitas explicetur per negationem divisionis in le modo iam declarato, tunc eius conceptus magis est absolutus, quam respectivus; si vero explicatur per indivisionem a se, & divisionem ab alio, potius est respectivus, quia huiusmodi conceptus haberi nequit sine expressio ordine ad aliud.

QUESTIO VI. De Veritate.

An detur Veritas in rebus distincta a veritate cognitionis, quae sit passio entis, et quid sit.

121 Hic agitur de unitate egius, nunc de veritate agendum quae erat actus entis passio, quae dici solet veritas rei seu in essendo, ut contra distinguatur a veritate cognitionis, ac in representando, ut de sufficienter tractatum est in Logica disputat. 10. quaest. 2. & seq. & sicut in praecedentibus, quamvis nempe sit, qui discernere nequeat inter unum, & multa, inter unum hominem, & plures, atamen valde insulandum est in indaganda entis unitate, ejusque formalitate, & explicatione, sic pariter in proposito quamvis nullas sit adeo tardus, & vectors, qui inter hominem verum, & pictum discernere non valeat, inter aurum verum, & auricalem, tamen valde difficile est indagare veritatis existentiam in rebus, ejusque explicare formalitatem. Proprietur ergo quaestio quoad an sit: & quod quid sit. Et quidem unitas veritatem cognitionis, & in representando, dari quoque veritatem in rebus, quae dicitur in essendo, est omnium sententiarum concursus: sed difficultas est, an haec veritas rerum, & in essendo sit distincta a veritate representativa, an potius sola denominatio extrinseca ab illa in res ipsas derivata. Prima, & communis sententia asserit veritatem in essendo, quae est passio entis, in rebus intrinseca, & formaliter reperiri, ita ut per formam intrinsecam verae dicantur, & non per formam extrinsecam denominationem desumptam a cognitione vera, quam causare possunt, ita Suarez disp. 8. sect. 7. num. 4. Bannes 1. p. qu. 16. art. 1. Fonseca 4. Met. cap. 2. qu. 6. sect. 7. Soncin. 6. Met. qu. 17. Javell. de Transcend. cap. 5. Averla qu. 6. sect. 1. & 6. Meurisse 2. lib. Met. cap. 3. q. 3. Pasqual. disp. 65. sect. 4. Smifinch. tract. 3. de Deo uno disp. 1. nu. 42. Ovidius. c. 1. p. 3. & alij passim. Opposita sententia docet res non esse veras formaliter, & intrinsece veritate se tenente ex parte ipsarum rerum, sed veritatem hoc modo formam intellectum convenire, res autem ipsas dici veras denominatione quadam extrinseca ab eadem veritate intellectus eo quod causant veram sui cognitionem in intellectu, sicut medicina non est formaliter, & intrinseca sana, sed forma sanitatis solum est in animali, & ipsa medicina denominatur sana, tanquam causa sanitatis, ita Valquez 1. p. disp. 77. art. 4. pro qua refert Hervaeum quol. 3. art. 2. Durand. 1. dist. 10. qu. 2. & 6. Henricum in summa qu. 3. art. 3. & 4. Cajet. 1. p. qu. 16. art. 6. Valentia quoque in eam inclinatur. 1. dist. 1. qu. 16. p. 16. Hurtad. dist. 7. Metaph. sect. 1. §. 16. Ariaga vero disp. 1. Metaph. sect. 5. subsect. 2. fateur quidem hanc veritatem esse rebus intrinsecam, sed addit habere necessariam connexionem cum possibilitate cognitionis, ita ut si impossibilis esset veritas cognitionis, impossibilis quoque foret veritas transcendentalis in rebus.

122 Circa autem quaest. quid est, longe major adhuc est opinio-nis varietas. Aliqui enim negant veritatem transcendentali dicere quod positivum reale enti superadditur, & praesertim ab ipso ex natura rei distinctum, & volunt quod importet vel solam denominationem extrinsecam a veritate cognitionis in ipsa rei derivatam, & sic consequenter dicuntur Auctores citati pro fe-

cunda sententia in primo puncto quaest. proposito. Alij volunt quod formaliter quod negativum dicat, & praesertim consistat in negatione entis ficti, & apparentis, ita quod ens verum formaliter sit illud, quod non est fictum, nec apparentis, unde dici solet verum 2. 1. & 22. & lib. 5. text. 34. inquit res itaque falsae sunt, & non autem ad differentiam ad differentiam hominis ficti, qui apparet homo, & non est; pro qua opinio citatur Aurel. 1. dist. 13. qu. 3. & alij eundem dicendi modum sedentes volunt potius importare negationem cuiuslibet extranei a natura rei, & esse illegitimationem, & deputationem cuiuslibet entis, a quo quomodo sibi extraneo positivo, vel negativo, quo sensu dicitur verum aurum, quod est ab omni Scoria purgatum, & defaecatum, & in hoc sensu videtur idem Aureolum explicare veritatem entis 1. dist. 19. par. 3. art. 2. profop. 4. Alij volunt esse relationem aliquam rationis, illam nimirum relationem conformitatis, quam res omnes concipiunt habere ad intellectum, quatenus sunt intelligibiles, quae opinio tribuitur Durand. 1. dist. 19. qu. 1. Molinae 1. par. qu. 16. disp. 2. Fonseca 4. Met. cap. 2. qu. 6. sect. 2. a quo non multum distat Averla qu. 6. suae Phil. sect. 3. 4. & 5. Qui vero concedunt veritatem pro forma loquendo, quae Receptoris apud Blatum 3. Concept. disp. 22. Met. qu. 1. communitur aliter veritatem transcendentali conceptus formaliter, & primo in quadam reali, & absoluta proprietate distincta ratione ratiocinata a conceptu entis, per quam ens concipitur formaliter conforme intellectui divino, sed eadem, & exemplari in intellectu divino existentis, ita Caproli. 1. dist. 19. qu. 3. art. 1. Soncin. 6. Met. qu. 17. Javell. tractat. de transc. cap. 5. Ferrar. 1. contra gentes cap. 59. & 60. Bannes, & Zimel 1. par. qu. 16. art. 3. ubi passim alij Thom. & Navaret. controver. 7. §. 3. & Pasqual. tom. 2. Met. disp. 66. sect. 3. num. 6. Alij, ut Suar. disp. 8. Met. sect. 7. n. 25. sequuntur Hurtad. supradict. nu. 17. & Ovidius, nu. 4. & Receptoris quamplures, ajunt veritatem dicere ipsam esse rei reale, atque nihil superaddere, connotare tamen conceptum intellectus, cui conformiter ex eo, quod pro ipsam representatur, hanc autem conformitatem non esse necessariam actualem, quamvis possit esse, sed sufficere aptitudinalem, unde formaliter veritas dicit illam aptitudinalem conformitatem, quam res habent respectu cognitionis, a qua intellectu repraesentari possunt, quam etiam sententiam esse sero Scotiae solent passim docere, cum hoc tamen quod volunt illam conformitatis esse cum esse reali, & ex natura rei ab ente formaliter distinctum, illique superadditam ita Smifinch. tract. 1. c. 11. qu. 2. nu. 40. Vulpes tom. 1. par. 1. disp. 10. art. 1. & 2. Faber de cit. disp. 9. nu. 49. Poncius tom. 3. disp. 19. sui Curus qu. 3. Alij vero licet gratis concedant veritatem in conformitate consistere, non tamen in conformitate ad intellectum, sed potius in conformitate ejusdem rei ad sua principia, ita ut eo solo titulo aliquid verum sit, quia habet vera, & solida principia, quod debet esse, sic dicimus verum aurum, quod habet principia legitima auri, ita ex nostris Meurisse lib. 2. suae Metaph. cap. 5. qu. 3. Alij tandem varias assignant Veritatis acceptiones, juxta quarum varietatem varias assignant veritatis acceptiones, atque ideo dicunt hanc esse quaest. de solo nomine, ita dicitur Ariaga. disp. 1. Met. sect. 5. sub sect. 1. & Bonetus nosse lib. 4. suae Met. cap. 2.

123 Antequam ad articulos quaestiones resolutivas accedamus, advertendum est falsum esse quod hinc propositum est de Veritate esse de solo nomine, quamvis enim variae, ac multae sint veritatis acceptiones, ut videre est apud Meurisse lib. 2. suae Met. c. 3. part. 2. §. 1. & Pasqualig. disp. 65. sect. 1. Fatentur tamen omnes hic esse sermonem de veritate communis, acceptis, quae in universum omnibus, & singulis convenit rebus, ut entis propria, & adaequata passio. Neque sunt distinctae, aut diversae Veritatis acceptiones, quas refert Ariaga, dum in una acceptance inquit illud dici verum, quod non est fictum, vel apparet, & in alia verum accipi, quatenus significat id, quod est conformabile cum conceptu ipsius id est quod ita est, ut concipitur, vel potest concipi, imo potius unitati eisdem Veritatis transcendentalis variae notiones, ac definitiones, juxta varias opiniones de eius quidditate, ac formalitate. Et certe Auctores relati, quorum alij volunt veritatem in sola negatione consistere nimirum fictionis, & apparentiae, alij vero in illa conformabilitate ad intellectum, dum ita loquuntur, sane omnes veritatem in eadem acceptance fumant, nimirum prout est veritas rerum, & adaequata entis passio, ergo non est de sola voce contentio, quae committit passio juxta diversas Veritatis acceptiones, ut aebant Bonet, & Ariaga, sed est contentio de re, quid nimirum significet per id, quod dicitur esse verum, hoc esse verum, aurum, & non falsum, hunc verum hominem, & non fictum, & quomodo explicari debeat, an scilicet per negationem apparentiae, & fictionis, an per conformabilitatem ad intellectum, vel alio modo.

ARTICULUS I.

Datur veritas in rebus distincta a veritate cognitionis, quae est passio adaequata entis.

124 Conclusio hujus articuli est communiter recepta in omnibus scholis, & probatur quoad omnes, & singulas partes, & quidem primo, quoad veritas nuda in intellectu datur, sed etiam in rebus docet Scot. 6. Met. qu. 3. & 4. dist. 49. qu. 4. prope finem quaest. & nosse Alensis 6. Met. prope finem libri, ubi hanc examinat quaest. & Arist. ipse pluribus in locis, nam 2. Metaph. inquit,

inquit, ut secundum esse unumquodque se habet, ita secundum veritatem, quibus verbis indicat veritatem se tenere ex parte rerum, quod inquirere, & speculari debemus; idem habet 4. Met. text. 2. 1. & 22. & lib. 5. text. 34. inquit res itaque falsae sunt, & non autem ad differentiam ad differentiam hominis ficti, qui apparet homo, & non est; pro qua opinio citatur Aurel. 1. dist. 13. qu. 3. & alij eundem dicendi modum sedentes volunt potius importare negationem cuiuslibet extranei a natura rei, & esse illegitimationem, & deputationem cuiuslibet entis, a quo quomodo sibi extraneo positivo, vel negativo, quo sensu dicitur verum aurum, quod est ab omni Scoria purgatum, & defaecatum, & in hoc sensu videtur idem Aureolum explicare veritatem entis 1. dist. 19. par. 3. art. 2. profop. 4. Alij volunt esse relationem aliquam rationis, illam nimirum relationem conformitatis, quam res omnes concipiunt habere ad intellectum, quatenus sunt intelligibiles, quae opinio tribuitur Durand. 1. dist. 19. qu. 1. Molinae 1. par. qu. 16. disp. 2. Fonseca 4. Met. cap. 2. qu. 6. sect. 2. a quo non multum distat Averla qu. 6. suae Phil. sect. 3. 4. & 5. Qui vero concedunt veritatem pro forma loquendo, quae Receptoris apud Blatum 3. Concept. disp. 22. Met. qu. 1. communitur aliter veritatem transcendentali conceptus formaliter, & primo in quadam reali, & absoluta proprietate distincta ratione ratiocinata a conceptu entis, per quam ens concipitur formaliter conforme intellectui divino, sed eadem, & exemplari in intellectu divino existentis, ita Caproli. 1. dist. 19. qu. 3. art. 1. Soncin. 6. Met. qu. 17. Javell. tractat. de transc. cap. 5. Ferrar. 1. contra gentes cap. 59. & 60. Bannes, & Zimel 1. par. qu. 16. art. 3. ubi passim alij Thom. & Navaret. controver. 7. §. 3. & Pasqual. tom. 2. Met. disp. 66. sect. 3. num. 6. Alij, ut Suar. disp. 8. Met. sect. 7. n. 25. sequuntur Hurtad. supradict. nu. 17. & Ovidius, nu. 4. & Receptoris quamplures, ajunt veritatem dicere ipsam esse rei reale, atque nihil superaddere, connotare tamen conceptum intellectus, cui conformiter ex eo, quod pro ipsam representatur, hanc autem conformitatem non esse necessariam actualem, quamvis possit esse, sed sufficere aptitudinalem, unde formaliter veritas dicit illam aptitudinalem conformitatem, quam res habent respectu cognitionis, a qua intellectu repraesentari possunt, quam etiam sententiam esse sero Scotiae solent passim docere, cum hoc tamen quod volunt illam conformitatis esse cum esse reali, & ex natura rei ab ente formaliter distinctum, illique superadditam ita Smifinch. tract. 1. c. 11. qu. 2. nu. 40. Vulpes tom. 1. par. 1. disp. 10. art. 1. & 2. Faber de cit. disp. 9. nu. 49. Poncius tom. 3. disp. 19. sui Curus qu. 3. Alij vero licet gratis concedant veritatem in conformitate consistere, non tamen in conformitate ad intellectum, sed potius in conformitate ejusdem rei ad sua principia, ita ut eo solo titulo aliquid verum sit, quia habet vera, & solida principia, quod debet esse, sic dicimus verum aurum, quod habet principia legitima auri, ita ex nostris Meurisse lib. 2. suae Metaph. cap. 5. qu. 3. Alij tandem varias assignant Veritatis acceptiones, juxta quarum varietatem varias assignant veritatis acceptiones, atque ideo dicunt hanc esse quaest. de solo nomine, ita dicitur Ariaga. disp. 1. Met. sect. 5. sub sect. 1. & Bonetus nosse lib. 4. suae Met. cap. 2.

125 Deinde probatur ratione, nam nomen veritatis aem habere potest significationem, secundum quam non de sola cognitione dicitur, sed etiam de rebus ipsis, immo de facto in tali significatione ut patet, ut de nominatio inveni veri etiam rebus ipsis formaliter significamus, nam quem colimus autem Deum appellamus, ut a falsitate remus, & verum dicimus hominem, ut distinguamus a pseudo, & verum, ut leceratur a falso, & apparenti. Nec parvis dicitur hanc denominationem rebus tribui tantum causaliter sicut denominationis sanitatis casualiter tantum convenit medicinis, non autem formaliter, & subjective. Nam, ut dixi, in tali significatione potest veritas utraque, in quo rebus etiam ipsi formaliter convenit, ut postea patebit explicando rationem veritatis, quod de sanitatis dici non potest, quae cum formaliter in quatuor humorum debita temperie, & adaequatione consistat, non habet unde formaliter, & subjective in ipsa medicina reperiri possit, at veritas in tali adaequatione consistit, quae nuda cognitionis, sed etiam rebus ipsi adaptari potest formaliter, & subjective; si enim cognitio ideo dicitur formaliter vera in representando, quia adaequate exprimit rem, sicut est, & in tali adaequatione, & conformitate veritas ejus formaliter consistit, sic res contra formaliter, & subjective verae dicitur in essendo, quia sunt conformes cognitioni, & sumit expressivae, & manifestativae sicuti sunt a parte rei; cumque adaequatio, & conformitas sit denominatio mutua ex parte utriusque extremi, sicut similitudo inter duo similia, nulla est ratio cur unum extremum denominet formaliter, & subjective, aliud vero non nisi casualiter, & fundamentaliter, & si valeret diceret, cognitio est conformis rei, quam exprimit, ergo est formaliter vera; sic est contra arguere valebit, res est conformis cognitioni in essendo, hinc ita se habet a parte rei, sicut per cognitionem exprimitur, ergo est formaliter vera. Conf. quia cognitio dicitur formaliter vera, quia est commensurata objecto, at commensuratio ex ipsa intrinseca ratione est mutua, ut constat ex quantitatibus, ergo sicut commensuratio se tenens ex parte cognitionis denominat eam formaliter veram in representando, ita et contra commensuratio se tenens ex parte objecti denominat illud formaliter verum in essendo.

126 Quod si veritatem per talem conformitatem inter rem, & cognitionem explicare non placeat, sed potius per conformitatem ejusdem rei ad ipsa principia constitutiva, ita ut mensura veritatis & falsitatis non aliunde sumatur, quam ex ipsoe, quod res participant, verum vel apparenter, alioque ullo respectu ad cognitionem, quam de ipsis res causare valent, si inquam, veritas ita sumatur, adhuc evidenter offenditur res esse veras formaliter, & subjective, non autem solum cognitionem, sicut enim cognitio secundum hanc viam non exprimit talis objecti, sed etiam objectum, sicut ad hoc, ut sit imago expressiva talis objecti, sic etiam objectum habet ipsa principia intrinseca, quibus constituitur, & haec sunt realia, quae inter se ordinata secundum debitam mensuram, ita ut constituant illud ipsum esse, quod debet consistere; si ergo principia cognitionis intrinseca debite commensurata veritatem fundant ipsi, quoad esse cognitionis, sic pariter contra principia objecti, cum sint debito modo commensurata, fundant veritatem objecti quoad tale esse formalem, & subjective; unde quocumque modo ratio veritatis assignetur, constabit semper denominationem veri formaliter quoque, & subjective rebus ipsis convenire.

Denique probatur ab opposito, quia entis rationis, ut chimera, & hircocervus, dicuntur entia facta, & falsa non precise quia eorum falsitas ex iplo actu cognitionis attendatur, sed ita falsitas se quoque tenet formaliter ex parte talium entium rationis, ergo ex opposito entia realia quoque dicuntur vera veritate se formaliter tenente ex parte ipsorum, & non tantum ex parte cognitionis. Consequenter patet, quia oppositorum eadem ratio in ipsa linea, unde si in uno negatio est causa negationis, in alio erit affirmatio causa affirmationis, Probatur assumptum, quia entis rationis ideo censentur falsa formaliter, & intrinsece, quia ex se ipsis implicant,

& sunt impossibilia, nec participant essentialia vera constitutiva alicuius entis; ergo contra quia entia realia sunt se ipsis formaliter possibilia, & participant essentialia constitutiva entis realis, erunt se ipsis formaliter vera, & veritas formaliter reperitur in rebus.

127 Secundo principaliter, quia concedi potest res quoque ipsas denominari utriusque formaliter veras, sed veluti per denominationem extrinsecam a veritate intellectu, & cognitionis; Probatur adhuc per se, & diredè ex parte sua tales denominari per denominationem intrinsecam, Probatur autem conclusionem quoad hanc partem Poncius loc. cit. scilicet quod veritas non sit denominatio tantum extrinseca in rebus, quia posse concipere rem hoc modo non est denominatio extrinseca intellectu, sed intrinseca secundum omnes, ergo nec potest concipi est denominatio extrinseca rei conceptibili. Haec tamen ratio non valet, nam qui negat veritatem formaliter consistere in ipsa rei conceptibilitate, etiam si consequentiam concedant, non convincuntur, & concedentes consistere veritatem in rei conceptibilitate negabunt consequentiam, quia ens rationis potest concipi, & tamen posse concipi in ipso non dicit intrinsecam denominationem, sed extrinsecam tantum, cum non prius habeat esse intelligibile, quam intellectum, & intantum dicitur potest concipi, quatenus potentia intellectiva vult illud elingere, ut dicitur est in Log. disput. de ente rationis. Deinde idem probat Averla cit. quaest. 6. sect. 7. quia cum veritas sit conformatio intellectus, & rei, inde sequitur veritatem formalem assignari posse tam ex parte rerum, quam ex parte intellectu, quia conformitas est denominatio mutua ex parte extremorum, quatenus ratio D. Th. 1. par. qu. 16. art. 1. Sed hanc rationem solvit Valquez cit. disp. 77. in fine, nam cum dicitur veritas, quod sit conformatio, non convenientia intellectu cum re, non est ita accipienda de hinc, ut haec conformatio sit ex utraque parte nempe intellectus cum re, & rei cum intellectu, sed hoc intelligendum est quantum ad ex parte intellectu, ex parte vero objecti intelligenda, est illa conformatio per denominationem tantum extrinsecam, quod & Hurtad. conformatur ex Arist. cap. ad aliquid, ubi ait, potentiam dicere relationem ad objectum, non e contra; quare haec ratio est summum probat veritatem in hac significatione res ipsas quoque formaliter denominari posse, & ad hoc praecise probandum etiam a nobis nu. 125. adducebatur, non tamen probat id contingere per denominationem intrinsecam. Rursus id probat Ariaga. disp. 1. Met. n. 107. nam objecta ex sua intrinseca natura per se cognosci posse, ergo intrinsece sunt cognoscibilia, & intelligibilia, & non tantum per denominationem extrinsecam a potentia, consequentia patet, & probatur assumptum, nam si ex intrinseca natura non potenter posse cognosci, non illis falleret data a natura virtus productiva specierum, vel ipsam cognitionem, quibus cognoscuntur, equivoce enim virtus in objectis reperita deponat objecta de se inclinari, & ordinari, ut cognoscantur, neque illi illis esse omnino extrinsecum, & accidentale. At neque illa ratio convincit, ultra enim concedi potest virtutem illam causandam, hinc tamen non loquitur quod vera intrinsece dicantur per illam, nam etiam in medicina datur virtus intrinseca causandam sanitatem, & tamen ratio sanatis in illa est extrinseca, ita haec rationem impugnat videtur Suarez disp. 8. Met. sect. 7. nu. 20. Haec tamen impugnatorem vincit potest ex eo, quod dicebamus supra nu. 125. non eandem proflus currere paritatem de veritate, & sanitate, quia sanitas formalis, & intrinseca in tali conformitate, & adaequatione consistit, quae in medicina reperiri non potest, sed tantum in animali, nimirum in adaequatione humorum, & in intellectu, sed etiam in rebus ipsis formaliter, & subjective reperiri potest, ut infra constabit explicando rationem veritatis. Melius itaque ex eo impugnari potest ratio Ariaga, quod omne ens reale est intrinsece intelligibile, & tamen non omne est productivum specierum, & cognitionis, nam ex dictis disp. 6. de Anim. qu. 6. art. 1. dantur quaedam entia realia, quae sunt objecta tantum terminata via cognitionis, & non motiva potentiae, quemadmodum relationes, ergo per hoc non bene explicatur, & assignatur intrinseca intelligibilitas in quocumque ente.

128 Alter proinde id etiam probat Ovidius. contr. 3. punc. 3. n. 1. 5. quia ens formaliter, ut ens, terminat cognitionem iplo tantum terminative se tenente ex parte objecti, ergo secundum propriam formalitatem entis attrahitur cognitionem, quae terminat eademmet formalitatem entis in se ipsa, ergo in se ipsa, & per se ipsam est capax terminandi hanc cognitionem, seu passivae cognoscendi, sicut capax est capax terminandi visionem, & videndi passivae, quam capacitatem habet per se ipsam, quam non habet Angelus, vel alia substantia spiritualis ideo dicitur primas qualitates, & substantiam spirituales, & reliqua objecta, quae non sunt lux, aut color videri non posse, quia sunt objecta improporcionata potentiae visivae, Neque haec ratio est concludentior aliis, nam quoad etiam tota concederetur, negabunt adhuc contrarij illam capacitem dicere quod intrinsecam in objecto, & dicent in hoc praecise consistere, quod tale objectum possit terminare actum talis potentiae circa ipsum, & in hoc praecise fundari proportionem, vel improporcionem objecti ad potentiam, quod continetur intra sphaeram activitatis potentiae, vel non continetur, & activitatis potentiae ad illud non extendatur, & sic Angelum, & primas qualitates videri non posse, non quia habeant quid intrinsecum visioni repugnans, sed quia activitatis potentiae visivae ultra objecta sensibilia, & colorata non exten-